



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii**

**Aufréri, Étienne**

**Leodii, 1702**

Symmaria Ex Ordine Numerorum usque ad finem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](#)

2. NOTABILE  
SUMMARIA EX ORDINE NUME-  
rorum usque ad finem.

1. Episcopi ita tenentur corrigere Clericorū excessus, quod metu pœnæ ipsi arceantur, & ali pertimescant.
2. Clericorum appellatione qui veniant.
3. Privilegium concessum Clericis, concessum censetur omnibus in dignitate, secus in materia odiosa.
4. Audacia reprobari debet, & qui dicantur audaces.
5. Privilegiū Clericalis appellatione venit privilegium immunitatis personæ, & fori & quomodo amittantur hæc privilegia.
6. Iuris ignorantia militi non imputatur, qui armis vacare debet.
7. Clericorum privilegia,
8. Clerici possunt vendicare rem Ecclesiæ concessam ante traditionem. & an eorum familia gaudeant eorum privilegijs.
9. Statuentes contra Clericorum statuta sunt excommunicati.
10. Clerici in necessitate à patre distrahi non possunt.
11. Clerici privilegiū prætextu autoritas delinquenti accrescere non debet, quia reatus omnem honorem excludit.
12. Privilegium meretur amittere qui permis-  
sa sibi abutitur autoritate.
13. Impunitatis spes est detestanda, & ideo ve-  
nit auferenda.

P R I M U M.

3

- 14 Prælati negligentes in correctione subditorum impunitatem permittere videntur.
- 15 Delicta enormia quæ dicuntur in Clericis, & quid sit delictum, quid peccatum & quid crimen.
- 16 Ecclesia ne diffametur omnino est providendum.
- 17 Scandalis est obviandum, & quid sit scandalum, & unde dicatur.
- 18 Iure suo aliquando quis privatur sine culpa.
- 19 Negligentia vel inobedientia quando non sit peccatum mortale.
- 20 Lex generalis quādo recipitur in usū à certo genere personarū, & ab alio non, nō observantes, nō peccant saltem post longa tempora.
- 21 Prælati debent esse vigilantes, vigilantib. enim jura subveniunt.
- 22 Episcoporum officium.
- 23 Malorum cōrēctio est legum ministerium.
- 24 Delicta sunt punienda, ut ceteri metu pœnae abstineant.
- 25 Clerici ab eorum insolentijs sunt arcendi.
- 26 Inferiores Episcopo, an teneantur corrigerre Clericos delinquentes.
- 27 Malum minus quandoq; sustinetur, ut manus evitetur.
- 28 Privilegium tribuit immunitatem à pœnā.
- 29 Severitati est detrahendum ubi scandalum timeretur & rigor observaretur.
- 30 Delictum quo casu maneat impunitum legge permittente.

## NOTABILE

- 4  
31 Iudicandum est legibus, non autē exemplis,  
32 Dignitas pontificalis, imperialis, & rega-  
lis an sit eadem, an verò sint duæ potestates ad  
invicem distinctæ. num. seq.  
Separatorum separata est ratio, & de separa-  
tis non infertur.  
33 Lex gratiæ majorem requirit spiritualita-  
tem in dignitate pontificali, quam lex vetus.  
34 Papa vicem Christi regit, qui non habet  
majorem potestatem quā habuerit Petrus. n. 35  
35 Hominum duo sunt genera, unum quod divi-  
no mancipatur officio & contemplationi, alte-  
rum quod terrenis rebus & mundanis occupa-  
tionibus deservire committitur.  
36 Sacramentum Altaris representat vniōnem  
Christi & Ecclesiæ, qua significatur unio a-  
nimæ ad corpus.  
37 Papa temporale patrimonium habet cum  
exercitio Iurisdictionis.  
38 Et consecratur ut Sacerdos, & coronatur  
ut Rex, & festum coronationis nunciat om-  
nibus Regibus.  
39 Iurisdictionis temporalis & spiritualis sunt  
invicem distinctæ.  
40 Papa utrum habeat plenam Iurisdictionem  
tam in temporalibus, quam in spiritualibus.  
41 Gladio materiali uti ad quem non pertinet.  
is habere non videtur temporalem Iurisdi-  
ctionem.  
42 Principia duo ponere est hereticum.  
43 Papa potest absolvere vasallos dominorum

tem-

PRIMUM.

5

- temporalium à juramento fidelitatis.
- 44 Papa legitimat in temporalib. & spiritualib.
- 45 Bona temporalia ordinantur ad spiritualia  
& tanquam Organa, & tanquam instrumenta.
- 46 Temporalia & spiritualia moventur per intelligentias, & per ipsas in eorum operacionibus regulantur.
- 47 Papæ potestas an sit major alijs.
- 48 Confirmatio pertinet tantum ad superiore.
- 49 Principium immediatum quorum est idem neutrum ab altero dependet.
- 50 Papa potest omnes judicare, & à nemine judicatur, & eius potestas causat omnem aliam potestatem examinando, confirmando, & judicando num. 51.
- 52 Leges nullius roboris vel firmitatis esse censentur, nisi sint per autoritatem Papæ confirmatae & approbatæ.
- 53 Papa non solvit tributum Imperatori in recognitionem dominij, sed solum pro pace & quiete Ecclesiæ servandæ, quam ipse Imp. tenetur tueri & conservare.
- 54 Appellatio interposita pro causis levibus & minimis questionibus ad Papam non est deferranda,
- 55 Papa dicitur sumus. & omnes sunt ei subjecti.
- 56 Papa ratione Majoritatis in omnibus arduis negotijs generantibus scandalum in Christianitate potest se intromittere inter Laicos.
- 57 Rex Franciæ nullum in temporalibus recognoscit superiorem.

## NOTABILE

58 Iurisditiones Ecclesiasticae, & saeculares li-  
cet sint distincte Iurisd. tamen Imp. censem  
tur Papa emanare.

## REPETITIO.

**I**N nomine Domini nostri Iesu Christi a-  
men. Visum est supra de officio & po-  
testate judicis delegati qui hominis minister est:  
ideo nunc sequitur de officio ordinationis qui juris  
minister existit. Et in tres dividitur partes:  
quarum in prima statuti ratio ponitur in se-  
cunda statutum, in tertia ipsius effectus sta-  
tuti, secunda ibi eisdem, tertia ibi quod & ei-  
dem Bonifa, & secundum Ioan. & Franc.  
hoc intendit.

1. Episcopi debent ita corrigere clericorum  
excessus, quod metu poenae ipsi arceantur &  
alij pertimescant, vel sic secundum Bonifa-  
ciū Diocesanis adeo præcipitur clericorum ex-  
cessus punire, quod poenae metu tam crim-  
nosi quam alii cessent ulterius delinquere.

## Notabilia 14.

**N**ota primo, quod Clericorum appellatione et  
niunt omnes Clerici etiam in sacris ordinibus consti-  
ad hoc. u. q. i. c. de persona in fin. & aut. presbyteros, chia-  
de epi. & Clero. secundum Guiller. Zenzel. Franc. quia  
Bonifac. & reddit rationem idem Zenzel. hic à Fra- sed  
relatus, qui omnes sunt Clerici, ut dicto cap. de pers. sciu-